



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.54. S. Hermenegildi Martyrium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

tes refractarios rejiciebant, & Regis ira
 ultra verba non processit.

Sæculum VI.
 A. C. 586.

§. LIV.

S. Hermenegildi Martyrium.

Leovigildus Regni sui fines strenue tue-
 batur, sæpe etiam Pacis condiciones

Greg. III.
 dial. c. 31.

offerens, quæ non audiebantur. Verum
 Catholicos persequi non cessabat, & tan-
 dem Hermenegildum Filium suum pri-
 mogenitum necari jussit. Piissimus Prin-
 ceptis vinculis ferreis oneratus agnosce-
 bat, quam despicabilis esset rerum ter-
 renarum magnificentia, & Regnum Cœ-
 leste anhelare incipiebat. In Cilicio de-
 cumbens a Deo ferventibus precibus po-
 stulabat, ut sibi robur necessarium suffi-
 ceret. Superveniente Paschalis Festivi-
 tatis die Rex Pater misso ad eum noctu
 Episcopo Arianorum paternam Gratiam
 obtulit, si de manu illius Præsulis Com-
 munionem vellet accipere. At Herme-
 negildus accedentem indignans repulit,
 Hæresin exprobravit, ac si libertate in-
 tegra frueretur. Episcopo itaque ad Re-
 gem reverso, is ira infremuit, misitque
 satellites, qui filium interficerent. Illi
 carcerem ingrediuntur, & unus eorum,
 cui nomen Sisbertus, securim jacentis
 capiti infigit. Hoc mortis genus subiit
 Princeps Hermenegildus Tarracone an-
 no Leovigildi decimo septimo seu anno
 Christi

Jo. Bicl.
 an. 586.

Sæculum VI. Christi 586. in Sabbato Sancto decima
 A.C. 586. tertia Aprilis, qua Die Ecclesia ejusdem

Mart. R. Memoriam tanquam Martyris honorat.
 13. Apr. S. Leander Legatione Constantino

politana defunctus, ubi in Hispaniam rediit, cum aliis Episcopis Catholicis exulare cogitur. In exilio duos scripsit libros contra Arianos, & alterum de Institutione Virginum, quem Florentina Sorori suæ nuncupavit. Hunc S. Leander

Ifid. Ill. c. 28. Regulam dicunt. Joannes Biclariensis quoque illius Persecutionis particeps
Cod. Reg. t. 3. p. 155. factus est. Natus is erat Scalabæ, seu
Ifid. c. 31. Santareni in Lusitania ex Gente Gothorum.

Joannes Biclariensis.

Juvenis Constantinopolim profectus, & ibi ex libris græcis & latinis ap-
 prime eruditus post annos septendecim in Hispaniam rediit, illo tempore, quo Leovigildus in Catholicos vehementissime furebat. Hinc ab eo tentatus, ut Hæresin amplecteretur, quia fortiter repugnabat, Barcinonem relegatus est, ubi per annos decem multa mala ab Ariano-
 rum partim nequitia, partim violentia tulit. Exinde Monasterio fundato, quod Biclaria dictum, illuc Monachos congregavit, iisque Regulam tradidit; sed illa ad nos non pervenit, habemus vero ejus breve Chronicum quod composuit, ut Chronicum Victoris Tunonensis continuaret. Incipit anno primo Justinii Junioris seu anno 566. & anno octavo Mauricii

ritii seu Recaredi quarto absolvitur, id Sæculum VI.
 est, anno 589. Joannes Abbas post hæc A. C. 586.
 Episcopus Gerundanus electus est. Ea-
 dem ætatē in vivis agebat Licinianus Epi-
 scopus Carthagine nova, qui librum edi-
 dit de Baptismo, & Amicus ejus Seve-
 rus Episcopus Malacanus, qui adversus
 Episcopum Vincentium Cæsaraugusta-
 num Apostatam scripsit.

c. 29.
 c. 30.

Suevos etiam in Gallæcia habitantes Joan. Bricl.
 persecutus est Leovigildus; nam Ebori-
 co ipsorum Rege e throno pulso, & ab an. Leov.
 Andeca in Monasterium detruso in hunc 16. 17.
 Leovigildus arma movit, cepit, & at-
 tonsus in Presbyterum ordinari jussit.
 Itaque Gallæciæ Dominus volebat, ut
 Suevi non multo abhinc tempore ad Fi-
 dem Catholicam conversi ad Arii Sectam
 reverterentur, & magnum eorum nu-
 merum pervertit. Verum filio suo Her-
 menegildo haud diu superstes fuit Parens.
 Pœnitentia ductus, quod eum sustulisset,
 veritatem Religionis Catholicæ agnovit,
 sed Gentis suæ timore absterritus eam
 publice profiteri non est ausus. Cum Cons. Tolet.
 ægrotaret, & sentiret se moriturum, ad III. p. 999.
 vocato S. Leandro, quem tantopere per- S. Greg. IV.
 secutus fuerat, filium suum Recaredum dial. c. 31.
 in Regno Successorem fidei ejus com-
 mendavit, rogans, ut similia in ipso si-
 cut olim in Fratre ejus efficeret; nempe
 in Fide Catholica erudiret. Quin aliqui
 dixe-

Sæculum VI. dixerunt, Leovigildum septem diebus
A. C. 587. mœrore languisse, & tot mala, quæ con-
Greg. Tur. tra Deum ausus fuisset, deflevisse; tan-
VIII. c. ult. dem Catholicum obiisse. Ut ut autem
Jo. Bictar. res se habeat, anno Regni sui decimo
 octavo, Jesu Christi 587. e vita mi-
 gravit.

§. LV.

Visigothorum Conversio.

S. Greg. ib. Defuncto successit filius Recaredus, qui
Greg. Tur. S. Hermenegildi vestigia secutus &
IX. c. 15. in Fide instructus, cum veritatem Reli-
 gionis Catholicæ perciperet, Signum
 Crucis cum unctione S. Chrismatis, sci-
 licet, Sacramentum Confirmationis re-
 cepit. Mense decimo, ex quo regnare
 cœpisset, tam fortiter & concinne co-
 ram Episcopis Arianis pro Religione Ca-
 tholica dixit, ut juvenis Regis sapien-
 tiam admirati argumentis magis quam
 Auctoritate ad amplectendam Fidem Ca-
 tholicam permoverentur. Paucis, Re-
 caredus totam Nationem Visigothorum
 convertit, nec concessit, ut Hæretico-
 rum ullus in exercitibus suis militaret,
 aut munere civili fungeretur. Suevos
 quoque ad Religionem Catholicam re-
 duxit. Itaque Regni ejus principium in-
 teritum attulit Hæresi in Hispania, ubi
 ex illo tempore, quo Barbari advene-
 rant, nempe ab initio Sæculi V. per an-
 nos